[7] nec tamen in omnibus theatri symmetriae ad omnes rationes et effectus possunt respondere, sed oportet architectum animadvertere quibus proportionibus necesse sit sequi symmetriam et quibus ad loci naturam aut magnitudinem operis temperari. sunt enim res quas et in pusillo et in magno theatro necesse est eadem magnitudine fieri propter usum, uti gradus, diazomata, pluteos, itinera, ascensus, pulpita, tribunalia et si qua alia intercurrent, ex quibus necessitas cogit discedere ab symmetria, ne impediatur usus. non minus si qua exiguitas copiarum, id est marmoris, materiae reliquarumque rerum quae parantur, in opere fuerit, paulum demere aut adicere, dum id ne nimium inprobe fiat sed cum sensu, non erit alienum. hoc autem erit si architectus erit usu peritus, praeterea ingenio mobili sollertiaque non fuerit viduatus.

[8] ipsae autem scaenae suas habent rationes explicatas ita, uti mediae valvae ornatus habeant aulae regiae, dextra ac sinistra hospitalia, secundum autem spatia ad ornatus comparata, quae loca Graeci *περιάκτους* dicunt ab eo quod machinae sunt in his locis versatiles trigonoe habentes singulae tres species ornatationis, quae, cum aut fabularum mutationes sunt futurae seu deorum adventus cum tonitribus repentinis versentur mutantque speciem ornatationis in fronte. secundum ea loca versurae sunt procurrentes, quae efficiunt una a foro, altera a peregre aditus in scaenam. [9] genera autem sunt scaenarum tria, unum quod dicitur tragicum, alterum comicum, tertium satyricum. horum autem ornatus sunt inter se dissimili disparique ratione, quod tragicae deformantur columnis et fastigiis et signis reliquisque regalibus rebus, comicae autem aedificiorum privatorum et maenianorum habent speciem prospectusque fenestris

a foot and a palm and not more than a foot and six fingers; their breadth shall be fixed at not more than two and a half feet, not less than two feet.

[4] The roof of the portico, which will be at the top of the ascending rows, shall be seen in line with the height of the stage house, so that the rising voice will reach the top of the auditorium and the roof evenly. For if this will not be equal, in proportion as it is lower, the voice will be cut off at the height that it will reach first. [5] What the diameter of the orchestra will be at the lowest rows, the sixth part of this shall be taken, and at the end of the half-circle on both sides the lower seats shall be cut off in a straight line of this size; and where the cutting away will occur, there shall be lintels over the passages. For thus their vaulting will have sufficient height. [6] The length of the stage must be twice the diameter of the orchestra. The height of the podium from the horizontal plane of the platform with crown and talon shall be the twelfth part of the diameter of the orchestra. Above the podium there shall be columns, with capitals and bases, of the fourth part of the same diameter in height; architraves and ornaments of these columns shall be of the fifth part of their height. A parapet above with talon and crown shall be of half the size of the lower parapet. Above this parapet there shall be columns one fourth less in height than the lower ones; architraves and ornaments of these columns shall be of the fifth part of their height. Equally if there will be three storeys above the stage, the highest one shall be of half the size of the middle parapet; the highest columns shall be one fourth less high than the middle ones; the architraves with the crowns of these columns shall also have the fifth part of the height.

[7] Nevertheless not in all theatres can the symmetries correspond to all these calculations and realizations, but the architect must consider for which proportions it is necessary to follow the symmetry and for which proportions it must be adjusted to the nature of the site or the size of the work. For there are items that must be of the same size both in a tiny and in a big theatre because of their use, such as steps, walkways between seats, parapets, paths, flights of steps, platforms, spaces for seats of magistrates and if there is anything else as a result of which one is forced to depart from symmetry, lest use be hindered. Equally, if by some lack of resources, i.e. of marble, timber and the other things that are provided, there is a shortage in the construction, it will not be unsuitable to take away or add a little, as long as this does not happen in too inappropriate a way, but rather with sense. But this will be the case if the architect is experienced and besides is not bereft of a flexible mind and dexterity.

[8] And the stage walls themselves have their own clear rationale so that the middle door has the decoration of a royal palace, the right and the left doors are for guests, and next to them there are spaces for decoration, places that the Greeks call *periaktoi* (Gr. 'revolving machines')

dispositos imitatione, communium aedificiorum rationibus, satyricae vero ornantur arboribus, speluncis, montibus reliquisque agrestibus rebus in topiodis speciem deformati.

---

1 the central door of the three stage-doors. 2 refers to the two doors on either side of the central door.

---

**(b) Tertullian, *De spectaculis* 10.1-9**

[1] transeamus ad scaenicas, quarum et originem communem et titulos pares secundum ipsam ab initio ludorum appellationem et administrationem coniunctam cum re equestri iam ostendimus. [2] apparatus etiam ex ea parte consortes, qua ad scaenam a templis et aris et illa infelicitate turis et sanguinis inter tibias et tubas itur duobus inquinatissimis arbitris funerum et sacrorum, dissignatore et haruspice. [3] ita cum de originibus ludorum ad circenses transiimus, inde nunc ad scaenicos ludos dirigemus. a loci vitio theatrum proprie sacrarium Veneris est. hoc denique modo id genus operis in saeculo evasit. [4] nam saepe censores nascentia cum maxime theatra destruebant, moribus consulentes, quorum scilicet periculum ingens de lascivia providebant, ut iam hic ethnicis in testimonium cedat sententia ipsorum nobiscum faciens et nobis in exaggerationem disciplinae etiam humanae praerogativa.

[5] itaque Pompeius Magnus, solo theatro suo minor, cum illam arcem omnium turpitudinum extruxisset, veritus quandoque memoriae suae censoriam animadversionem Veneris aedem superposuit et ad dedicationem edicto populum vocans non theatrum, sed Veneris templum nuncupavit, 'cui subiecimus', inquit, 'gradus spectaculorum'. [6] ita damnatum et damnandum opus templi titulo praetexit et disciplinam superstitione delusit.

sed Veneri et Libero convenit. duo ista daemonia conspirata et coniuncta inter se sunt ebrietatis et libidinis. [7] itaque theatrum Veneris Liberi quoque domus est. nam et alios ludos scaenicos Liberalia proprie vocabant, praeterquam Libero devotos, quae sunt Dionysia penes Graecos, etiam a Libero institutos. [8] et est plane in artibus quoque scaenicis Liberi et Veneris patrocinium. quae privata et propria sunt scaenae de gestu et corporis flexu mollitiam Veneri et Libero immolant, illi per sexum,

for the reason that in these areas there are revolving three-sided machines with three types of individual decoration, which, when there will be changes in the plays or the arrival of gods with sudden thunders, they can revolve and change the style of decoration in front. Next to these spots are the protruding wings, which provide entrances to the stage, one from the Forum and the other one from abroad. [9] And there are three types of scenery: one that is called tragic, another one that is comic, and the third one is in the style of satyr-play. And the decorations of these are of different and unequal types, since tragic scenes are created by columns, pediments, statues and the other royal things; comic scenes on the other hand have the appearance of private buildings and balconies and projections in imitation of windows, in the style of ordinary buildings; and satyr-play scenes are embellished by trees, caves, mountains and other rural things, in the shape of recreated landscape.

(b) Tertullian, *De spectaculis* 10.1-9

[1] Let us move on to stage business; we have already shown both that its origin is the same and that the names are identical, owing to the very term 'games' used from the outset and to the organization shared with the equestrian business<sup>1</sup>. [2] The set-up is also similar in the respect that there is a procession to the stage from the temples and altars and that infelicitous use of incense and blood, among pipes and trumpets, under the two most polluted masters of funerals and sacrifices, the undertaker and the soothsayer. [3] So, as we moved from the origins of the games to the circus games, from there we will now turn to the scenic games. Because of the vices of the site, the theatre actually is a shrine of Venus. This, in short, is how this kind of structure emerged into the world. [4] For the censors frequently destroyed theatres, particularly when they were just appearing, looking after public morals, as they obviously foresaw immense danger to them on account of the theatrical licentiousness, so that here already the opinion of the pagans themselves coincides with ours as evidence, providing reinforcement for us by the precedent of basic human morality.

[5] Therefore, when Pompeius Magnus [i.e. Pompey the Great], second only to his own theatre, had erected that citadel of all foulness, he feared censorial censure of his memory at some point and therefore built a temple of Venus on top of it; summoning the people to the dedication by edict, he called it not a theatre, but a temple of Venus, 'under which', he said, 'we have set up steps for the shows'<sup>2</sup>. [6] Thus he covered a condemned and condemnable structure by the name of 'temple' and deceived morality with superstition.

But there is unanimity between Venus and Liber<sup>3</sup>. These two demons

illi per fluxum dissolutis. [9] quae vero voce et modis et organis et litteris transiguntur, Apollines et Musas et Minervas et Mercurios mancipēs habent. oderis, Christiane, quorum auctores non potes non odisse.

---

1 both performances in the circus and those in the theatre were called 'games' and organized by the same officials. 2 Pompey's theatre, inaugurated in 55 BCE, consisted of a theatre and a temple to Venus on top of the auditorium. 3 i.e. Bacchus, here understood as the god of theatre in analogy to the Greek Dionysus. 4 an ancient festival in Rome on 17 March, but without dramatic performances in Republican times. 5 the main festival in Athens.

---

## **T 8. On the development of theatre buildings**

(Valerius Maximus, *Facta et dicta memorabilia* 2.4.1-3, 6)

*In his chapter on Roman theatre and dramatic performances (cf. T 1b) Valerius Maximus, the early imperial writer of a collection of exempla, not only discusses the history of the institution, but also the development of its physical setting. Although his description is not an entirely logical exposition throughout, he refers to the following significant facts in the history of the Roman theatre: difficulties with erecting a permanent theatre building in the mid-Republic due to opposition from within the nobility, allegedly*

[1] proximus <a> militaribus institutis ad urbana castra, id est theatra, gradus faciendus est, quoniam haec quoque saepe numero animosas acies instruxerunt, excogitataque cultus deorum et hominum delectationis causa non sine aliquo pacis rubore voluptatem et religionem civili sanguine scaenicorum portentorum gratia macularunt. [2] quae incohata quidem sunt a Messalla et Cassio censoribus. ceterum auctore P. Scipione Nasica omnem apparatus operis eorum subiectum hastae venire placuit, atque etiam senatus consulto cautum est ne quis in urbe propiusve passus mille subsellia posuisse sedensve ludos spectare vellet, ut scilicet † remissioni animorum standi virilitas propria Romanae gentis iuncta esset †.

[3] per quingentos autem et quinquaginta et octo annos senatus populo mixtus spectaculo ludorum interfuit. sed hunc morem <A.> Atilius Serranus et L. Scribonius aediles ludos Matri deum facientes, posterioris Africani sententiam secuti, discretis senatus et populi locis solverunt, eaque res avertit volgi animum et favorem Scipionis magnopere quassavit. [4] ...

[6] religionem ludorum crescentibus opibus secuta lautitia est. eius instinctu Q. Catulus, Campanam imitatus luxuriam, primus spectantium

of drunkenness and lust have conspired and both joined in a plot. [7] Therefore the theatre of Venus is also the house of Liber. For, appropriately, they called other scenic games Liberalia<sup>4</sup>; besides being dedicated to Liber, these games, which are Dionysia among the Greeks<sup>5</sup>, have even been introduced by Liber. [8] And obviously in the arts of the stage, too, there is patronage of Liber and Venus. What is specific and distinctive of the stage, the effeminacy of gesture and body movement, they offer it to Venus and Liber, both licentious, one by her sex and the other by his extravagance. [9] But what is accomplished by voice, songs, instruments and texts, for this they have Apollos, Muses, Minervas and Mercuries as responsible. Hate, you Christian, those whose patrons you cannot but hate.

### **T 8. On the development of theatre buildings**

(Valerius Maximus, *Facta et dicta memorabilia* 2.4.1-3, 6)

*partly caused by the aim of maintaining the virility of the Roman people; the introduction of stratified seating with special seats reserved for senators; the increasing sophistication and lavishness of temporary stages. These facts illustrate how dramatic performances and their setting became an important part of Roman public and social life during the latter part of the Republican period.*

[1] From military institutions the next step is to be made to camps in the city, i.e. theatres, since they too have often drawn up vigorous battle lines and, invented for the benefit of the worship of gods and the entertainment of men, have stained pleasure and religion with citizen blood for the sake of monstrosities on stage, not without some blushing of peace<sup>1</sup>. [2] They [i.e. theatre buildings] were begun by the censors Messalla and Cassius<sup>2</sup>. But at the instance of P. Scipio Nasica<sup>3</sup> it was decided to auction off all equipment belonging to their building, and precautions were also taken by a senate decree that no one in the city of Rome or at a distance of less than a mile should wish to put up benches and watch the shows seated, obviously so that the virility of remaining standing, distinctive of the Roman nation, should be joined with the relaxation of minds<sup>4</sup>.

[3] For 558 years<sup>5</sup> the senate attended the spectacle of the games mingled with the people. But this custom was discontinued by the aediles A. Atilius Serranus and L. Scribonius [in 194 BCE], when they were organizing the games for the Mother of the Gods<sup>6</sup>; following the view of the younger Africanus<sup>7</sup>, they had the areas for the senate and the people



**T 10. On revival performances in the late Republic**

(Cicero, *Ad Atticum* 2.19.3; *Pro Sestio* 106-26)

*While only few new tragedies and comedies were written for the stage in the late Republic, revival performances of 'classic' plays continued (cf. also T 9). According to Cicero, who provides almost all the evidence, a distinctive feature of revivals in this period was their political application and exploitation, which is not attested for dramatic performances in earlier centuries. This politicization could concern the event as a whole, when audiences reacted to appearances or absences of well-known public figures, for instance by greeting them with the appropriate noises, or to the choice of plays. And it could affect the presentation of the plays, when individual lines were interpreted out of context and understood as referring to the*

(a) Cicero, *Ad Atticum* 2.19.3

populi sensus maxime theatro et spectaculis perspectus est; nam gladiatoribus qua dominus qua advocati sibilis conscissi; ludis Apollinaribus Diphilus tragoedus in nostrum Pompeium petulanter invectus est: 'nostra miseria tu es magnus' [*Trag. inc. inc.* 115 R.<sup>3</sup> = 125 W.], miliens coactus est dicere; 'eandem virtutem istam veniet tempus cum graviter gemes' [*Trag. inc. inc.* 116 R.<sup>3</sup> = 126 W.], totius theatri clamore dixit itemque cetera. nam et eius modi sunt ii versus, ut in tempus ab inimico Pompei scripti esse videantur: 'si neque leges neque mores cogunt' [*Trag. inc. inc.* 117 R.<sup>3</sup> = 127 W.], et cetera magno cum fremitu et clamore sunt dicta.

Caesar cum venisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. huic ita plausum est ut salva re publica Pompeio plaudi solebat. tulit Caesar graviter. litterae Capuam ad Pompeium volare dicebantur. inimici erant equitibus qui Curioni stantes plauserant, hostes omnibus; Rosciae legi, etiam frumentariae minitabantur. sane res erat perturbata. equidem malueram quod erat susceptum ab illis silentio transiri, sed vereor ne non liceat. non ferunt homines quod videtur esse tamen ferendum; sed est iam una vox omnium magis odio firmata quam praesidio.

---

1 probably A. Gabinius, a candidate for the consulship. 2 Games for Apollo, celebrated in mid-July. 3 a quotation from an unidentified tragedy. 4 another quotation from an unidentified tragedy. 5 a further quotation from an unidentified tragedy. 6 C. Scribonius Curio, tr. pl. 50 BCE, hostile to the political allies Caesar, Pompey and Crassus. 7 a town in southern Italy. 8 apparently Caesar and Pompey. 9 a law carried by the tribune L. Roscius Otho, assigning the first fourteen rows in the theatre to the knights. 10 one of the Roman laws regulating the price and distribution of corn.

**T 10. On revival performances in the late Republic**

(Cicero, *Ad Atticum* 2.19.3; *Pro Sestio* 106-26)

contemporary situation by actors and/or audiences; actors might even include relevant lines from other plays or of their own invention into the play currently performed.

Even though Cicero did not approve of dramatic performances turning into spectacles (cf. T 11a), he enjoyed their political exploitation when it supported his own views and standing in society. This is shown by the extensive description of games in his speech *On behalf of Sestius*, where they are seen as a venue for political expression in connection with Cicero's recall from exile in 57 BCE.

(a) Cicero, *Ad Atticum* 2.19.3 [59 BCE]

The feelings of the people can be seen most clearly at the theatre and the spectacles. For at the gladiatorial shows both the organizer<sup>1</sup> and his associates were torn to pieces with hisses. At the *Ludi Apollinares*<sup>2</sup> the tragic actor Diphilus insolently attacked our Pompeius [i.e. Pompey the Great]: 'By our misery you are great!'<sup>3</sup> He was forced to say it a thousand times. 'There will come a time when you will bitterly lament the same courage'<sup>4</sup>, he said amid shouting from the whole theatre, and similarly the rest. For these verses are indeed of such a kind that they seem to be written by an enemy of Pompeius for this time. 'If neither laws nor morals exert force'<sup>5</sup>, and the rest was delivered amid great noise and shouting.

When Caesar had come with applause non-existent, he was followed by Curio the son<sup>6</sup>. He got such an applause as Pompeius used to get when the Republic was intact. Caesar took it badly. A letter is said to be flying to Pompeius in Capua<sup>7</sup>. They<sup>8</sup> are opposed to the equestrians, who gave Curio a standing ovation, and hostile to everybody; they threaten the Roscian Law<sup>9</sup>, even the corn law<sup>10</sup>. Public matters are truly in disarray. I myself would have preferred that what had been organized by them could be passed over in silence, but I fear that it might not be possible. People do not bear what, all the same, apparently has to be borne; but already there is one voice of all men, strengthened more by hatred than by powerful defence.

(b) Cicero, *Pro Sestio* 106-26

[106] nunc, nisi me fallit, in eo statu civitas est ut, si operas conductorum removeris, omnes idem de re publica sensuri esse videantur. etenim tribus locis significari maxime de <re publica> populi Romani iudicium ac voluntas potest: contione, comitiis, ludorum gladiatorumque consessu. ...

[115] veniamus ad ludos; ... [116] ...

semel, inquam, se ludis homo popularis commisit omnino, cum in templo Virtutis honos habitus esset virtuti, Gaique Mari, conservatoris huius imperi, monumentum municipi eius et rei publicae defensori sedem ad salutem praebuisset. [117] quo quidem tempore quid populus Romanus sentire se ostenderet utroque in genere declaratum est: primum cum audito senatus consulto rei ipsi atque absentati senatui plausus est ab universis datus, deinde cum senatoribus singulis spectatum e senatu redeuntibus: cum vero ipse qui ludos faciebat consul adsedit, stantes ei manibus passis gratias agentes et lacrimantes gaudio suam erga me benivolentiam ac misericordiam declararunt. at cum ille furibundus incitata illa sua vaecordi mente venisset, vix se populus Romanus tenuit, vix homines odium suum a corpore eius impuro atque infando represserunt; voces quidem et palmarum intentus et maledictorum clamorem omnes profuderunt.

[118] sed quid ego populi Romani animum virtutemque commemoro, libertatem iam ex diuturna servitute dispicientis, in eo homine cui tum petenti iam aedilitatem ne histriones quidem coram sedenti pepercerunt? nam cum ageretur togata Simulans, ut opinor, caterva tota clarissima concentione in ore impuri hominis imminens contionata est: 'haec, Tite, tua post principia atque exitus vitiosae vitae!' [Afranius, *Tog.* 304/5 R.<sup>3</sup>] sedebat exanimatus, et is qui antea cantorum convicio contiones celebrare suas solebat cantorum ipsorum vocibus eiciebatur. et quoniam facta sententiarum numquam ullum fuisse locum, in quo aliquid a poeta dictum cadere in tempus nostrum videretur, quod aut populum universum fugeret aut non exprimeret ipse actor. [119] ...

[120] quid fuit illud quod, recenti nuntio de illo senatus consulto quod factum est in templo Virtutis ad ludos scaenamque perlato, consessu maximo summus artifex et me hercule semper partium in re publica tam quam in scaena optimarum, flens et recenti laetitia et mixto dolore ac desiderio mei, egit apud populum Romanum multo gravioribus verbis meam causam quam egomet de me agere potuissem? summi enim poetae ingenium non solum arte sua, sed etiam dolore exprimebat. qua enim <vi>: 'qui rem publicam animo certo adiuverit, statuerit, steterit cum Achivis' [Accius, *Trag.* 357-8 R.<sup>3</sup> = 351-2 W.], vobiscum me stetisse dicebat, vestros ordines demonstrabat! revocabatur ab universis 're dubia haut

(b) Cicero, *Pro Sestio* 106-26 [56 BCE]

[106] Now, unless I am mistaken, our community is in such a state that all would be seen to have the same feelings about the Republic if one eliminated the activities of hired henchmen. For truly the Roman people's judgement and desires concerning the Republic can be observed most clearly in three places: at popular assemblies, at voting assemblies, at gatherings for games and gladiator shows. ...

[115] Let's move on to the games. ... [116] ...

Only once, I stress, did this 'man of the people'<sup>1</sup> entrust himself to the games at all<sup>2</sup>, when in the Temple of Virtus honour had been paid to virtue, and the monument of Gaius Marius<sup>3</sup>, the preserver of the power of this state, had provided a townsman of his and defender of the Republic<sup>4</sup> with a spot for salvation. [117] On this occasion it was made clear in two ways what feelings the Roman people showed: first, when they had heard the senate decree<sup>5</sup>, applause was granted by all to the matter itself and to the absent senate, second, when individual senators returned from the senate to watch the games; and when the consul himself, who was organizing the games<sup>6</sup>, took his seat, they rose and showed their gratitude to him with upturned hands, and weeping for joy they demonstrated their goodwill and pity for me. But when this madman<sup>7</sup> had arrived, urged on by his own insane mind, the Roman people could scarcely hold back, the men scarcely restrained their hatred from his polluted and abominable body; at any rate all poured fourth cries, gestures of their hands and shouts of abuse.

[118] But why should I recall the Roman people's spirit and courage, when they were just discerning liberty after long servitude, in the case of this man<sup>8</sup>, whom not even the actors have spared, when he was already a candidate for the aedileship and sitting before them? For when a togata, entitled *Simulans* ('*The Pretender*'), I believe, was being performed, the whole group of actors publicly harangued him in splendid harmony, bending towards the face of the polluted man: 'This, Titus, is the sequel for you and the outcome of your vicious life!<sup>9</sup> He sat there entirely put out of his senses, and he who previously used to fill his popular assemblies<sup>10</sup> with abuse of hired singers was now driven off by the voices of actual singers. And since mention has been made of the games, I will not omit this detail, namely that amid the great variety of utterances there has never been a passage in which something said by the poet seemed to apply to our time that either escaped the whole populace or was not expressed by the actor himself. [119] ...

[120] What about this: when the recent news about the senate decree that had been passed in the temple of Virtus had been brought to the games and the stage<sup>11</sup>, amid a great gathering, this supreme artist<sup>12</sup>,

dubitarit vitam offerre nec capiti pepercerit' [Accius, *Trag.* 359-60 R.<sup>3</sup> = 353-4 W.]. haec quantis ab illo clamoribus agebantur! [121] cum iam omisso gestu verbis poetae et studio actoris et exspectationi nostrae plauderetur: 'summum amicum summo in bello', nam illud ipse actor adiungebat amico animo et fortasse homines propter aliquod desiderium adprobabant: 'summo ingenio praeditum'.

iam illa quanto cum gemitu populi Romani ab eodem paulo post in eadem fabula sunt acta! 'o pater' [Ennius, *Trag.* 81 R.<sup>3</sup> = 101 W. = Accius, *Trag.* 355 W.], me, me ille absentem ut patrem deplorandum putabat, quem Q. Catulus, quem multi alii saepe in senatu patrem patriae nominarant. quanto cum fletu de illis nostris incendiis ac ruinis, cum patrem pulsum, patriam adflictam deploraret, domum incensam eversamque, sic egit ut, demonstrata pristina fortuna, cum se convertisset: 'haec omnia vidi inflammari' [Ennius, *Trag.* 86 R.<sup>3</sup> = 106 W. = Accius, *Trag.* 356 W.] fletum etiam inimicis atque invidis excitaret! [122] pro di immortales! quid? illa quem ad modum dixit idem! quae mihi quidem ita et acta et scripta videntur esse ut vel a Q. Catulo, si revixisset, praeclare posse dici viderentur; is enim libere reprehendere et accusare populi non numquam temeritatem solebat aut errorem senatus: 'o ingratici Argivi, immunes Grai, inmemores benefici!' [Accius, *Trag.* 364 R.<sup>3</sup> = 358 W.] non erat illud quidem verum; non enim ingrati, sed miseri, quibus reddere salutem a quo acceperant non liceret, nec unus in quemquam umquam gratior quam in me universi; sed tamen illud scripsit disertissimus poeta pro me, egit fortissimus actor, non solum optimus, de me, cum omnes ordines demonstraret, senatum, equites Romanos, universum populum Romanum accusaret: 'exsulare sinitis, sistis pelli, pulsum patimini!' [Accius, *Trag.* 365 R.<sup>3</sup> = 359 W.] quae tum significatio fuerit omnium, quae declaratio voluntatis ab universo populo Romano in causa hominis non popularis, equidem audiebam: existimare facilius possunt qui adfuerunt.

[123] et quoniam huc me provexit oratio, histrio casum meum totiens conlacrimavit, cum ita dolenter ageret causam meam ut vox eius illa praeclara lacrimis impediretur; neque poetae, quorum ego semper ingenia dilexi, tempori meo defuerunt; eaque populus Romanus non solum plausu sed etiam gemitu suo comprobavit. utrum igitur haec Aesopum potius pro me aut Accium dicere oportuit, si populus Romanus liber esset, an principes civitatis? nominatim sum appellatus in Bruto: 'Tullius, qui libertatem civibus stabiliverat' [Accius, *Praet.* 40 R.<sup>3</sup> = 40 W.]. miliens revocatum est. parumne videbatur populus Romanus iudicare id a me et a senatu esse constitutum quod perditii cives sublatum per nos criminabantur? [124] ...

[126] at vero ille praetor, qui de me non patris, avi, proavi, maiorum denique suorum omnium, sed Graeculorum instituto contionem interrogare solebat, 'velletne me redire', et, cum erat reclamatum

by Hercules, always playing the best roles in the Republic as well as on stage, weeping for fresh joy, mixed with grief and longing for me, pled my case before the Roman people with far weightier words than I could have done it for myself. For he expressed the genius of the best poet<sup>13</sup> not only through his art, but also through his grief. For with what force did he say: 'he who has supported the public cause with determined mind, has established it and has stood beside the Achivi [i.e. the Greeks]'<sup>14</sup> – he said that I had stood beside you, he pointed to your ranks! He was asked back again by everyone: 'in uncertain circumstances he did not hesitate to offer his life, nor did he spare his person'<sup>15</sup>. Amid what shouting was this performed by him! [121] When, already in neglect of gesture, applause was given to the words of the poet, the zeal of the actor and the expectation of us<sup>16</sup>: 'the greatest friend in the greatest war', for the actor himself added this out of feelings of friendship, and perhaps the people approved due to some yearning: 'endowed with greatest talent'.

Moreover, amid what amount of sighing of the Roman people was the following acted by the same actor slightly later in the same play! 'Oh father'<sup>17</sup>: me, me it was that he believed had to be mourned like a father, me, whom Q. Catulus<sup>18</sup> and many others had often called 'father of the fatherland'<sup>19</sup> in the senate. With what amount of tears did he act concerning this our conflagration and ruin, when he mourned the father expelled, the fatherland ruined, the house set afire and burnt down, so that, after he had demonstrated the previous good fortune<sup>20</sup> and then turned round: 'I have seen all this go up in flames'<sup>21</sup>, he provoked tears even among those hostile and ill-wishing! [122] By the immortal gods! Now, how the same actor delivered this! This seems to me to be both acted and written in such a way that it seems that it could even be spoken splendidly by Q. Catulus, if he had come back to life; for he was accustomed to criticize freely and to frequently find fault with the rashness of the people or errors of the senate: 'oh ungrateful Argives, disobliging Greeks, forgetful of favours!'<sup>22</sup> This was not true; for these people were not ungrateful, but rather pitiable, as it was not possible for them to return well-being to a man from whom they had received it, and never was one individual more thankful to anyone than all were to me; but still the most eloquent poet has written this for me, and the bravest actor, not only the best, delivered it about me, while he pointed to all ranks and accused the senate, the Roman knights and the whole Roman people: 'You allow him to be in exile, you have allowed him to be driven out; you put up with him driven out!'<sup>23</sup> What expression of assent from everyone then occurred, what declaration of their will from the entire Roman people in the case of a man who is not 'a man of the people', I for my part have heard<sup>24</sup>; those who were present can judge more easily.

semivivis mercennariorum vocibus, populum Romanum negare dicebat, is, cum cotidie gladiatores spectaret, numquam est conspectus cum veniret. emergebat subito, cum sub tabulas subrepserat, ut 'mater, te appello' [Pacuvius, *Trag.* 197 R.<sup>3</sup> = 205 W.] dicturus videretur; itaque illa via latebrosior, qua spectatum ille veniebat, Appia iam vocabatur; qui tamen quoquo tempore conspectus erat, non modo gladiatores sed equi ipsi gladiatorum repentinis sibilis extimescebant.

---

1 P. Clodius Pulcher. 2 at games in 57 BCE, after the first senate decree in support of Cicero's recall from exile. 3 who had erected this Temple of Honos and Virtus. 4 Cicero, a native of Arpinum like Marius. 5 i.e. the first senate decree in support of Cicero's recall from exile. 6 P. Cornelius Lentulus Spinther, in 57 BCE. 7 P. Clodius Pulcher. 8 P. Clodius Pulcher. 9 a line from this togata, applied to Clodius' situation. 10 i.e. those he held as a tribune of the people. 11 as described above. 12 i.e. the famous actor Clodius Aesopus, named below. 13 presumably Accius. 14 to be understood as a quotation from Accius' tragedy *Eurysaces*, as suggested by comments of the scholiast on the passage. 15 another quotation from Accius' tragedy. 16 i.e. of Cicero's return. 17 a quotation from Ennius' *Andromacha* (cf. D 1), apparently inserted in a play of Accius by the actor. 18 Q. Lutatius Catulus, consul in 78 and censor in 65 BCE. 19 a honorary title applied to Cicero after the suppression of the Catilinarian conspiracy in 63 BCE. 20 the actor perhaps pointing in the direction of Cicero's house. 21 another quotation from Ennius' *Andromacha* (cf. D 1). 22 again a quotation from Accius' tragedy. 23 another quotation from Accius' tragedy. 24 since Cicero was still in exile at the time. 25 a quotation from Accius' praetexta *Brutus* (cf. D 6), originally referring to the Roman king Servius Tullius. 26 i.e. liberty. 27 Clodius' brother, Appius Clodius Pulcher, praetor in 57 BCE. 28 Cicero has now turned to audience reactions at gladiatorial shows. 29 a quotation from Pacuvius' *Iliona*, where the shade of the dead son, emerging from the underworld, appears to his mother. 30 alludes to the name of a road from Rome to the south, begun by Appius' ancestor Appius Claudius Caecus in 312 BCE.

---

### T 11. On sensational spectacle on stage

(Cicero, *Ad familiares* 7.1; Horace, *Epistula* 2.1.177-207)

Over the course of the Republican period dramatic performances became more and more spectacular as dramas gradually included more sophisticated stage props, exciting stage action or stunning effects of various kinds and as new dramatic genres with a large proportion of song and dance developed. These tendencies also affected revival performances, which were adapted to the taste of the period (cf. also T 10).

Intellectuals, who preferred meaningful dialogues and serious messages,

[123] And since the course of my speech has brought me to this point, the actor wept over my misfortune again and again, while he pleaded my cause with so much grief that this magnificent voice of his was hindered by tears. Nor were poets, whose talents I have always appreciated, lacking in my situation; and the Roman people showed their approval to this not only by applause, but also by groaning. Should Aesopus then or Accius rather have said this for me, if the Roman people were free, or the foremost men in the community? In *Brutus* I was mentioned by name: 'Tullius, who established liberty for the citizens'<sup>25</sup>. Encores of this line were requested countless times. Did the Roman people seem to be not firm enough of the view that I and the senate had established what ruined citizens accused us of having removed<sup>26</sup>? [124] ...

[126] But that praetor<sup>27</sup>, who was accustomed to ask the popular assembly about me not in the established way of his father, grandfather, great-grandfather, all his ancestors in short, but of little Greeks, 'whether they wish that I return', and, when it was rejected by the lifeless voices of his recruits, said that the Roman people denied it, he, although he watched the gladiators every day, was never seen when he came<sup>28</sup>. He emerged suddenly, when he had crept along under the planks, so that he seemed to be about to say 'Mother, I call on you!<sup>29</sup>. Therefore this rather shadowy path, by which he used to come to see the games, was already called the 'Appian way'<sup>30</sup>; still, whenever he was seen, not only the gladiators, but even the horses of the gladiators were struck by fear at the sudden hissing.

### **T 11. On sensational spectacle on stage**

(Cicero, *Ad familiares* 7.1; Horace, *Epistula* 2.1.177-207)

*were disgusted. Some criticism was already voiced by the satirist Lucilius in the second century BCE, but the most famous instances come from the first century BCE, when these features might have increased: Cicero describes the spectacle at the opening of Pompey's theatre in 55 BCE (cf. also T 7b) with utter contempt, and Horace is enraged at people, even of higher social classes, who are interested in actors' costumes and other paraphernalia, but do not pay attention to the words spoken (cf. also T 2; 5).*



(a) Cicero, *Ad familiares* 7.1

M. Cicero s. d. M. Mario.

[1] si te dolor aliqui corporis aut infirmitas valetudinis tuae tenuit quo minus ad ludos venires, fortunae magis tribuo quam sapientiae tuae; sin haec quae ceteri mirantur contemnenda duxisti et, cum per valetudinem posses, venire tamen noluisti, utrumque laetor, et sine dolore corporis te fuisse et animo valuisse, cum ea quae sine causa mirantur alii neglexeris, modo ut tibi constiterit fructus otii tui; quo quidem tibi perfrui mirifice licuit cum esses in ista amoenitate paene solus relictus. neque tamen dubito quin tu in illo cubiculo tuo, ex quo tibi Stabianum perforasti et patefecisti sinum, per eos dies matutina tempora lectiunculis consumpseris, cum illi interea qui te istic reliquerunt spectarent communis mimos semisomni. reliquas vero partis diei tu consumebas iis delectationibus quas tibi ipse ad arbitrium tuum compararas; nobis autem erant ea perpetianda quae Sp. Maecius probavisset.

[2] omnino, si quaeris, ludi apparatusissimi, sed non tui stomachi; coniecturam enim facio de meo. nam primum honoris causa in scaenam redierant ii quos ego honoris causa de scaena decessisse arbitrabar. deliciae vero tuae, noster Aesopus, eius modi fuit ut ei desinere per omnis homines liceret; is iurare cum coepisset, vox eum defecit in illo loco: 'si sciens fallo' [*Trag. inc. poet.* 9 R.<sup>3</sup>]. quid tibi ego alia narrem? nosti enim reliquos ludos; qui ne id quidem leporis habuerunt quod solent mediocres ludi. apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem; quo quidem apparatu non dubito quin animo aequissimo carueris. quid enim delectationis habent sescenti muli in Clytaemestra aut in Equo Troiano creterrarum tria milia aut armatura varia peditatus et equitatus in aliqua pugna? quae popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent.

[3] quod si tu per eos dies operam dedisti Protogeni tuo, dum modo is tibi quidvis potius quam orationes meas legerit, ne tu haud paulo plus quam quisquam nostrum delectationis habuisti. non enim te puto Graecos aut Oscos ludos desiderasse, praesertim cum Oscos vel in senatu vestro spectare possis, Graecos ita non ames ut ne ad villam quidem tuam via Graeca ire soleas. nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris? in quibus ipse Pompeius confitetur se et operam et oleum perdidisse. reliquae sunt venationes binae per dies quinque, magnificae, nemo negat; sed quae potest homini esse polito delectatio cum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur aut praeclara bestia venabulo transverberatur? quae tamen, si videnda sunt, saepe vidisti, neque nos qui haec spectavimus quicquam novi vidimus. extremus elephantorum dies fuit. in quo admiratio magna vulgi atque turbae, delectatio nulla exstitit; quin etiam misericordia quaedam consecuta est

(a) Cicero, *Ad familiares* 7.1 [55 BCE]

Marcus Cicero sends greetings to Marcus Marius<sup>1</sup>.

[1] If some bodily pain or the weakness of your health has prevented you from coming to the games<sup>2</sup>, I assign this to fortune rather than to your wisdom; if however you regard what others admire as despicable and, although you were able to on account of your health, did not wish to come all the same, I am delighted at both: that you were without bodily pain and that you were healthy in your mind, since you disregarded what others admire without reason, if only you have reaped the fruit of your leisure. To enjoy it you have indeed had a wonderful opportunity, when you had been left almost on your own in that pleasant spot<sup>3</sup>. And after all, I do not doubt that in that private chamber of yours, in which you broke a window and opened it to the bay of Stabiae<sup>4</sup>, you spent the morning period throughout these days with light readings, while in the meantime those who left you there were watching common mimes, half-asleep. But you spent the rest of the day in those diversions that you had prepared for yourself according to your own fancy; we, however, had to endure what Sp. Maecius<sup>5</sup> had approved.

[2] To be sure, if you ask, the games were most sumptuous, but not to your taste; for I make a guess on the basis of my own taste. For in the first place those actors had returned to the stage out of respect<sup>6</sup> who I believed had left the stage out of respect<sup>7</sup>. Indeed your favourite, our Aesopus<sup>8</sup>, was in such a state that he would have been allowed to stop by everyone's permission. When he had begun to swear an oath, his voice failed him at this point: 'if I knowingly deceive'<sup>9</sup>. What else shall I tell you? For you know the remaining spectacles; these did not even have this attractiveness that mediocre games usually have. For watching the elaborate equipment removed all cheerfulness; and I do not doubt that you could do without this elaborate equipment with your mind completely at ease. For what enjoyment do six hundred mules in a *Clytaemestra*<sup>10</sup> or three thousand craters in an *Equus Troianus* ('Trojan Horse')<sup>11</sup> or various kinds of armour of soldiers on foot and on horseback in some battle provide? What won the admiration of the people would not have brought any enjoyment to you.

[3] If you paid attention to your Protogenes<sup>12</sup> throughout these days, as long as he read anything else to you rather than my speeches, you have indeed had not a little more enjoyment than any of us. For I do not believe that you missed the Greek or the Oscan games, particularly since you can see Oscans<sup>13</sup> even in the senate of your town<sup>14</sup>, and you do not appreciate the Greeks to such an extent that you are accustomed not to walk along Greek street even to get to your house. For why should I believe that you have a desire for athletes, you who have scorned gladiators? As for those,

atque opinio eius modi, esse quandam illi beluae cum genere humano societatem.

[4] his ego tamen diebus, ludis scaenicis, ne forte videar tibi non modo beatus sed liber omnino fuisse, dirupi me paene in iudicio Galli Canini, familiaris tui. quod si tam facilem populum haberem quam Aesopus habuit, libenter mehercule artem desinerem tecumque et cum similibus nostri viverem. nam me cum antea taedebat, cum et aetas et ambitio me hortabatur et licebat denique quem nolebam non defendere, tum vero hoc tempore vita nulla est; neque enim fructum ullum laboris exspecto et cogor non numquam homines non optime de me meritis rogatu eorum qui bene meriti sunt defendere. [5] itaque quaero causas omnis aliquando vivendi arbitrato meo teque et istam rationem oti tui et laudo vehementer et probo, quodque nos minus intervisis, hoc fero animo aequiore, quod, si Romae esses, tamen neque nos lepore tuo neque te, si qui est in me, meo frui liceret propter molestissimas occupationes meas. quibus si me relaxaro (nam ut plane exsolvam non postulo), te ipsum, qui multos annos nihil aliud commentaris, docebo profecto quid sit humaniter vivere. tu modo istam imbecillitatem valetudinis tuae sustenta et tuere, ut facis, ut nostras villas obire et mecum simul lecticula concursare possis.

[6] haec ad te pluribus verbis scripsi quam soleo non oti abundantia sed amoris erga te, quod me quadam epistula subinvitaras, si memoria tenes, ut ad te aliquid eius modi scriberem quo minus te praetermisisse ludos paeniteret. quod si adsecutus sum, gaudeo; sin minus, hoc me tamen consolor, quod posthac ad ludos venies nosque vises neque in epistulis relinques meis spem aliquam delectationis tuae.

---

1 known only from Cicero's letters to him. 2 those given at the opening of Pompey's theatre. 3 in his villa near Pompeii. 4 a small town on the coast of Campania near Pompeii. 5 the person in charge of selecting the performances for these games. 6 for Pompey, the organizer of the games. 7 for themselves. 8 Clodius Aesopus, a famous actor in Cicero's time. 9 a quotation from an unidentified tragedy. 10 perhaps Accius' tragedy of this title. 11 perhaps Livius Andronicus' or Naevius' tragedy of this title. 12 the addressee's attendant, reading aloud to him. 13 a people of southern Italy. 14 presumably Pompeii in Campania. 15 L. Caninius Gallus, tribunus plebis in 56 BCE. 16 presumably Cicero's villas on the Bay of Naples.

---

